

1164, febrer, 28

*Adalmús, germana del comte de Barcelona, amb els seus fills Hug i Ponç, la seva filla Gaia i el seu gendre Ramon de Torroja, fa donació al monestir de Valldemaria i a la seva priora Ermessendis de dues parellades de terra als indrets de l'Espulga, el Tallat o Passanant, a escollir per les donatàries.*

ASD núm. 29. perg. mig., 180 x 145 mm. Ed. Jaume MARQUÈS CASANOVAS, *Maçanet de la Selva*, Maçanet, 1983, 335-336, sense indicació de procedència.

Notum sit cunctis omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Adalmus, soror corries Barchinonensis siue cum filiis meis Ugo et Poncius et Raimundus de Torre Rubea genere meo et coniux eius Gaia, filia mea, nos simul in unum donatores sumus ad locum Sancte Marie que uocant Ualdemaria uel tibi Ermessen prioressa uel sorores tuas qui hodie ibi sunt uel inantea aduenturi erant siue ad totas successoras tuas. Per hanc scripturam donacionis damus nos uobis suprascriptas uel ad eiusdem locum suprascriptum parliatas .n. de alaudio infra terminos de Espulga uel in ipso de Tallad uel in ipso de Passauant uel in suas adiacencias, in meliore loco ubi inuenire potueritis, cum introitibus et exitibus. earum siue cum affrontationibus de iamdicta alaudia uel in supranominatis locis. Et est ipsum hec omnia in comitatu Barcinonense, in terminos iamdictos, et aduenit no bis per parentorum aut per qualique uoces, et est manifestum. Quod si nos donatores ad ullus homo uel femina qui ista carta donacionis inquietare uoluerit, in dupla uobis componat aut componamus aut inantea firma sted modo uel omnique tempore.

Facta carta donationis .II. kalendas martii anno .XXVII. regnante Luduuicus regis iunioris et anno .I. .CLXIII.

Sig+num Adalmus, sig+num Ugo, sig+num Poncii, sig+num Raimundi de Torre Rubea, genere meo, sig+num coniux eius Gaia, filia mea, nos qui ista carta donacionis mandauimus scribere et firmauimus testibusque firmari rogauimus. Sig+num Guilielmi de Gardia. Sig+num Poncii de Torroia, sig+num Ponc de Pales, isti sunt testes uisores et auditores de hac re.

Petrus, qui hoc scripsit die et anno quo sup(s. *man.*)*pra.*

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 113